



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. LIX. Vetus militia cum nostra co[m]parata, quò ad arma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

at alii ante sagittas etiam ponunt, & longius volunt permeare. In Strabone leges, μακροβόλον τὴν σφαιδόνν & τὴν: longinquius iacere fundam, quam arcum. In Dione. δι σφαιδόνν τὴν μακροβόλον τὴν τὴν ἰστέον, πάλαι & τὸν καλὰ σφαιδόνν: Funditores longius quam sagittarii iaculantes, omnes etiam cataphractos ladebant. Hoc ille in rebus M. Antonii contra Parthos: quos tamen bene armatos fuisse constat, & eosdem sagittis scientissime vsos. Sed praeualebant tamen iis funda, quod & Xenophon discrete scribit in Gracorum suorum rebus; μακροβόλον τὸν τὸν πόντον τὸν πρὸς τὸν ἰστέον, & τὸν πόντον τὸν ἰστέον: Longius enim Rhodii quā Persae funditores ei aculebantur, atque adeo, quam plerique sagittarios. Longe igitur iaculantur: an & certo? Omnes adfirmant, praesertim de Balearibus, & ab infantia didicisse destinatos istos ictus. Quam etiam in Bibliis sacris lectum: Habitatores Gaba ad septingentos, sic fundis lapides ad certum iecisse, vt capillum quog, possent percutere.

Fundarum vim extollit; quia plumbum liquefit, quia tempora diuidit, & frangit scuta, galeasque fundae lapis, ictu ad sexcentos pedes perfert. Certus etiam est ictus, Gabaeonitae enim etiam capillum tangere poterant.

Mihi vires illae magnae videntur, sed nequaquam bombardis nostris pares. Nam plumbum liquefcere, aut arundinem ardere, non est indicium summe violentiae, sed magnae; Aestes in auras iaculatur, & ostēto est, quod euenit.

Namq, volans liquidus in nubibus arsit arundo, Signaturq, viam flammis, tenuesq, recessus Consumpta in ventos.

Nec tamen ferebatur arundo illa violentius quam tormēta nostra murifrangibula, quorum globi viam non signant flammis, quamuis interdum adsint, quae vi possint. Sed me, vt verum fatear, dubium res habet, de flamma, de liquefacto plumbo. Motus extenuat aërem calidumque reddit, sed tanta celeritate tam breuiculo tempore, tam vehementem oriri calorem posse, cum duro corpori non illiduntur, difficile est intelligere. Et profecto in contrarium est experientia. Qui funda sagittisq, feriantur, vulnere non visione laeduntur. At vero si liquefacto plumbo tempora finduntur, necesse est, vt vātur, & nidorem exusta fundant. Si plumbū liquefit, et ferrum cum violentius ē tormēto mittitur, incandescat oportet; maior est n. vis contortae phalaricae, quam glandis ex funda. At ferrum non esse calidum docet experientia; nam scuta, vulneraq; infixū vreret, ingentiq; dolore conficeret faucis, nunc vero nemo de ardore, sed de vulnere queritur. Quin & illi, qui mosquetris vulnerantur, quamuis haeat in visceribus plumbea pestis, non tñ exuruntur, & tamen ardentiores oportebat esse ignivorum tormētorum glandes. Non igitur praeponi veterum debent armaturae, quia tela ignescit; alioquin cum silicis scintillam excutimus, maiorem impetū credere oporteret, quam cum tormentum emittitur. Alia igitur horū causa effectuum querenda est, quae mei instituti non est. Hoc satis est, ignitionem non esse signum summae violentiae. Merito est illius ratio ex illis quae de scutorum fractione dicuntur. Sed nec tamē ex his praeponi nostris tormentis debet. Liquefacto temporaplumbo diuidit, apud Virgilium fortis bellator, Et

Vidimus horrendum membris, animisq, Goliath Inualida cecidisse manu, puerili in illum Dexterā fundali torsit stridore lapillum, Traiectamq, cauo penetrauit vulnere frontem.

Infixus est lapis in fronte philaei, sed si tormēto vsus fuisset Dauid, totū caput penetrasset ictus, loque euectus alium quog; vulnerasset obuiū. Et merito, maior vim Mosquetris Lipsius cōcedit. Quod Theodorus Siculus, de Balearibus refert, nō mirum si aërea munimenta, quae contra pila & sagittas fere-

bantur, frangerēt, cum essent lapides magni, & tegumenta non admodum munita, interim nego fractis integumentis corpora penetrasse, ictus frangebatur tegumentis: Fundae itaq; corpora mediocriter tecta nō penetrabāt, sed percutiebant, atq; ita vt iactus lapidum ladebant, crates & pallia & cortinae tentorium opponebantur. Quod vero ad sexcentos pedes funda iacere dicit Veget. certum est, bombardas longius ictum perferre, & ictū qui penetraret Aslerē vnus digiti funda non trajiceret, At glans ferrea multos simul tranfibit. Constat autem funditores longius, quam sagittarios iaculati. Nam sagittas non procul perferre ictum satis ostendit Homericus Vlysses:

Διὰ δ' ἀνορτίζω, ὅσον ἐκ ἀλλοσ πρὸς δίσω

Hasta vero iaculor, quantum non alius sagitta.

Certe nemo hastam ita iaculatur, vt tormenti spatium praeteruolet. Scutum & Loricam aliquando pilum trāfibat, aut sagitta, sed crebrius haebar. Vt aut plane cernas, quantū nostrae bombardae sagittis praestent, duo consideranda sunt; primo pila & sagittas in scutis haesisse, adeo vt crebro grauarent ferentem. At scuta illa ex tabellis, ex cratibus, ex corio erant, quae omnia ludibria sunt, si ad nostrā militiam referatur, minimi sclopi palmae magnitudine ista penetrarent. Itaq; duas Romanorum legiones veteranas, ordine dispositas, suo more armatas facile Mosquetariorū duo millia vinceret. Quod si equitem opponere illis libeat, decem millibus seu duabus legionibus mille cataphracti suffecerint, quia bombardarum globos Romana tegumēta nō sustinent, & intra teli iactum venire equites non est necesse. Quanta vires sint bombardarum nostratium, docet Bernard. Méndoz, p. i. c. 52. Praesentatio eo tempore tormentum nōui generis sua Maieftati, ex metallo fusum, cuius precium est quadraginta coronatorum, pondus triginta librarum, glans quam iaculatur est vnus libra, tanta autem violentia fertur, vt murum duos pedes geometricos longū pertranscat, quod admirabile est, cum adeo leue sit instrumentum, & eius proportione globus sit grauis, deinde haud facile incandescit, quod magni faciendum est. Haec tormenta in classe vsui esse possunt, quamuis paruae naues sint, nec vlla nauium latera tam fortia videntur, vt non perforent. Si plura iungantur, etiam muris frangendis vsurpari poterunt. Tanta vis bombardae. Denique quacunq; vifundā glandem in arborem torqueas refilit, omnis bombardae globus figitur: alio signo opus non est. Negantem pro scopo destituere licet. Nihil est violentius Petarto, quod patricos ante annos inuentum est portas enim aufert & perumpit. Et puluis incensus, montes & valla cum propugnaculis projicit.

§. 3. Hinc & illud conficio, Romana arma nō esse repetenda, aut nostris miscenda, quod quidem contra quosdam scriptores omnium ingenia Ducum praestantia tuentur, qui nec sagittas, nec iacula, nec pila curāt. Nā primo pilū cum videatur, facile vitari pot; deinde vix vltra quadraginta passus iaci possunt pila, occidi ergo possunt pilani, anteq; nocere possint hosti.

§. 4. Romana legio praeterquam quod nocere nō potest, etiam nuda est, si bombardarijs nostris opponatur, nullo ergo modo consistere possunt.

§. 5. In Romana Graecaq; militia robur corporum requirebatur, in nostris plerisq; potius dexteritas, modo enim scite rotare ensē, tractare bombardam norint, cetera facile addiscunt.

§. 6. Scutum vetustae militiae munimentum erat praecipuum, itaq; ἀσπίς & ὑπερασπίς, scuto protegere, Graeco prouerbio ad omnes defensionū species refertur. At vero nunc scutum fieri non potest, qd fidum sit, & glandes ferreas Mosquetarū, aut plumbeas auertat. Cum n. longitudo Scuti sit, vt totum hominem tegat se leuiter inclinante, vt docet Lipsius l. 3. de militia Rom. cum longitudo itaq; sit quatuor pedum,

Si arborem sclopo petas, haeret: si funda, repellitur glans.

Duo millia vincerent dena millia Romanorū.

Vetera arma non re-ducenda.

Funda bombardis im-pares.

Ignitio non est signum summae violentiae.

Funda vi-rea.

Scutum cō-
tra bom-
bardas ni-
mis graue
foret.

pedum, cum maius palmo excedat, Latitudo duo-
rum pedum & semis, non potest tale scutum manu
ferre miles hodierno tempore, quia opus est, ut qua-
druplo crassius sit, quam fuerit olim. Vel enim sit ex
salice, ficu, tilia, betula, sambuco, populo, ex quibus
scuta olim fiebant: Vel ex lignis duris, quercu, robo-
re, cedro. Si ex mollioribus oportet pedis vnus cras-
sitiem esse, vltra enim glans Mosquetta penetrat, si
ex robore grauius illud lignum erit, quam vt com-
mode gestetur, rotetur & defendat. Quod si ex ære,
ferrove clypeus fuerit, ea laminam crassitie esse ne-
cesse est, quæ vnâ manum nimium grauet, parum
verò grassa fuisse veterū scuta ex eo facile colligimus,
quod ex vimine sæpe conficiebantur, corijsque tege-
bantur, & grauius illa censebantur. Theocritus.

Ἀνδράωνι σκέλεσσι βαρύνουσιν ἰσχυροῖσι.
Grati brachia scuti vimineis.

At ridiculum fuerit hos opponere armatos nostris
bombardis.

Contra bom-
bardas vix
est munio.

§. 7. Milites nostri communiter muniti contra
ictus bombardarum nō satis possunt. Veterum na-
matura inutilis est, penetratur n. facile, ea si firmior
efficiatur in duplum, aut quadruplum, inutilis erit
ob pondus. Hinc visum est, potius expeditos quam
immobiles habere milites; Itaq; nostra militia vetere
periculosior est, & cum olim totos interdū dies pu-
gnaretur, nunc celerrime praelia absoluntur, quia
nudi nudis concurrant. Ideoque opus est animis in
ea constantioribus.

§. 8. Hinc facile vincunt, qui plurimos cataphra-
stos & equites habent, quia namque munimentis fi-
dunt, audacissime perterpunt omnia.

Tegimiles
nunc satis
non potest.

§. 9. Deniq; hoc vnicum in nostra militia deplo-
randum est, q̄ cum olim omnibus armis quibus vita
petebatur, arma contraria inuenta fuerint, quibus
corpora tegerentur; nunc vero tot annis post inuen-
tas in hominis necem bombardas, nondum inuenta
sit lorica aut scutum, q̄ pugnantem & concurrentem
tutari possit. Tanto in sui perniciem q̄ salutem est ho-
minū indoles ingeniosior. Quod si in mediocri pon-
dere aliqua metallorum militaria impenetrabile scu-
tum, aut lorica efficiere aliquis regum posset; nē il-
le vno exercitu facile imperium orbis obtineret.

CAPVT LX.

Comparata disciplina militum nostrorum cum Romanis.

Iniustitia
in castris
veterum.

§. 1. Iustus Lipsius in commendatione disciplinae
Romanæ apud eos ait. Iustitiam, Castitatem, In-
nocentiam habuisse in castris. Neq; ego negare possum,
multa præclare apud eos fuisse. Sed nego vsum le-
gum disciplinæq; multo fuisse nostræ meliorē; quas-
dam sunt exempla integritatis, sed plura nequitia,
& vigor ille disciplinæ crebro interpolatus est. De Iu-
stitia militum non est quod disputetur; de priscis di-
ctum est: *ibi ius, vbi maxima merces*. Marius negabat in
streptu armorum se leges exaudire potuisse. Casti-
tatem eorum multo minus intelligo, quibus scorta-
tiones liberæ erant; Mulieres quidem castris arce-
bantur Romanorum. Et posterius seruatunt: Frederici
primi lex est,

Non erit in nostris nobiscum femina castris,
Qui reus extiterit, spoliis nudatus abibit
Turpiter & naso mutilabitur illa resecto.

Sed tamen grauius crimen apud Gentiles fuit. Scipio
ad Numantiam duo millia scortorum e castris eiecit,
sed idem Lipsius mulieres fuisse negat. Quorsum at-
tinebat commendare castitatem, quæ nefando cri-
mine sexum deturpabat?

Innocentia alia nequaquam magnopere com-
mendanda, etiam integra Republica, superest.

Impuritas
etiam ma-
ior.

§. 2. Nostra itaque non contemnenda videntur,
quæ tot habet milites timentes Deum. Sunt enim
plurima historiæ monumenta etiam hodierni
temporis. Innocentia hoc argumentum, quod apud
Romanos plurimi occisi ab exercitu duces, id apud
nostrates vix audiat. Ordo nunc quoque non in-
ferior, etsi forte sumptuosior.

§. 3. Si leges legibus comparamus, non est dubiū,
quin nostræ sanctiores sint. Si mores moribus, ex le-
gum obseruatione sunt nonnulla, in quibus vinci-
mur, in plerisque vincimus. Quod illi qui laudato-
res sunt temporis aet̄i, fastidiosi præsentium ride-
bunt. At ego, nisi fallor, cum Deo bono probabo.

LEGES Igitur MILITARES SVNT.

I.

Ne blasphement, blasphemos puniant, iurentq; se
vbi deliquerint, multam soluturos, anno 1530.

Verum tota militia Germanica descripta est an-
no 1570. factæque ab Imperatore & principibus
constitutiones, quas ordine articulorum seruato in
libri calce producam, ut certo appareat, nobis bonas
leges nequaquam deesse, sed interdum legum vsum.

Primum Equites, posteaquam præmissis exercita-
tionibus bene milites suos erudierint, omnesque &
singulos qua succincti, manici, sagis, pectoralib.
chirothecis, galeisq; ad muniendum, tegendumque
commodis, quæ binis etiam sclopis minorib. ad ma-
num expeditis intruxerint, cum iisdem ad recensien-
dum Exercitum eo loco & tempore, quo id à No-
bis sacro Imperio indictum, constitutumque fue-
rit, accedunt, vbi post acceptum pro auctoramento
Menstrui dimidium, tribus à delectu proximis men-
sibus, alijsque deinceps consequentibus, fidelem,
constantemque operam suam, quoad Nobis Impe-
rioque fuerit necessaria collocant.

II.

Prinquam Exercitus in expeditionem educatur,
in singulis ipsis equos N. & in singulos currus N.
Crucigeri dependunt. Suevero professionis exor-
dium pro eo, quo tenentur, sacramento conquisito-
ribus indicant, & omni quidem die ad quatuor mili-
liaria promouento, quanto tamen ad nonnullam
capeffendam quietem liceat consistere.

III.

Ita prodibunt ad armilustrium, delectum præsto-
laturi: qui si differatur longius, quot diebus interim
pro equo N. crucigeri, præter impensam curruum,
superadduntur.

IV.

Et quo illis expeditio sit expeditior, nulla difficul-
tate implicata, omnium locorū, ad quæ diuerterint,
Magistratus tolerabilem taxam publicis hospitibus
constituet, ut hi nimirum contenti N. crucigeris pro
equite & equo, & N. cruc. pro curru & equis, maius
pernoctationis precium, aut non exigant, aut exa-
ctionis suæ pœnas dent. non minus interim equites
nostros modestiæ volumus ita esse memores, ut su-
pra moderatam, & decentem satis mensam nequid
amplius desiderent.

V.

Ad initium professionis Dux & Exercitus, equi-
tumque Magister turmatim equitatum distribuun-
to, singulisq; turmis Decurionem aut certum homi-
nem præficiunt, cuius alterutrius nomen in omnib.
locis, quacumq; proficiscuntur, edici & adnotari cu-
rabunt, ex quo innotescat, si ob illatam vim ab equi-
tibus, vel noxam indigenis depositæ fuerint querele,
in quem, pro genere delicti, vel corporis supplicio,
vel stipendij diminutione vindicandum sit, vtili,
qui accepit, damnum infectum reddatur.

VI.

Equitibus post habitum delectum, mensis vnus
stipen-